



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica VII. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

gelorum, id est Eucharistia, de quo dictum est, Panem Angelorum manducabit homo. II. *Panis Filiorum*, id est verbum Doctrinae, de quo dictum est, non est bonum sumere Panem Filiorum, & dare canibus. III. *Panis Amicorum*, id est Exemplum vitæ, de quo dicitur: Amice commoda mihi tres panes. Propter hunc triplicem panem dictum est ter Petro: Pasce oves meas, ac si diceret ei Dominus: Pasce *Eucharistia*; Pasce *Doctrina*; Pasce *bona vita*. Petr. Bless. serm. 44.



DOMINICA VII. post PENTECOST.

THESIS I. *Exscidetur*. Matth. 7. v. 19. I. Arbor non primo ictu cadit. II. Arbor subinde primo ictu ruit. Prius de Conversione Peccatoris, posterius de Supplicio peccati tener.

THESIS II. *Attendite à falsis Prophetis*. Matth. 7. v. 15. Foramina, per quæ Hæresis in Germaniam irrepsit, fue-

fuerunt I. Dissoluta Clericorum vita.
 II. Ruditas, & inscientia Pastorum.
 III. Prælatorum inscitia. IV. Principum conniventia. V. Morum corruptio. *Faber. ser. 3. Pentec. Conc. 5.*

Bona Opera.

THESIS III. *Arbor, quæ non facit fructum bonum.* *Matth. 7. v. 19.*
 Bona Opera necessaria sunt homini. In statu *Pœnitentiæ*: nam pravi habitus contrarijs actibus destrui debent; nam sicut arte Medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur, ita Dominus non ster contraria opposuit medicamenta peccatis &c. *S. Gregor. hom. 12. in Evang.* II. In Statu *Innocentiæ*: Lumen oleo retinetur, & consumpro oleo ipsum quoque consumptum lumen evanescit, ita & Spiritus gratia, quanto per habemus Opera bona, & crebris elemosinis animum rigamus, manet non aliter, quàm flamma oleo retenta, quæ si non adsint, recedit à nobis, & abiit. *S. Chrysost. hom. 3. de Verb. Apost. III.*
 In Statu *Prædestinationis*, quia Regnum Dei non dabitur, nisi facienti fructus &c. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exciderit. Item.*
 Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine &c. Hinc patet, quòd bona Opera

Opera necessaria sint homini Pœniten-
ti, Innocenti, & Prædestinato. Bret-
teville.

THESIS IV. *Attendite vobis à Prophetis falsis* *Propheta Falsi.*
Matth. 7. v. 15. Ecce tria genera falsorum Prophetarum. I. Sunt, qui corrumpunt laxâ doctrinâ suâ bonos mores falsi *Ministri* Ecclesiæ destruentes Morale Christianum. II. Sunt, qui abutuntur Regulis Prudentiæ Christianæ mala sua Politica doctrina, perversi *Sapientes* Mundi. III. Sunt, qui violant virtutem Christianam sua Hypocrisis, *Devoti* secundum tempus. De prima sorte ait S. Cyprianus serm. de Lapsis. Malum fallens, & blanda pernicies: De secunda idem ait: Callidi argumentatores, & fallaces Jurisperiti: De tertia classe S. Augustinus l. 2. de serm. Dom. in monte c. 3. Dupliciter damnantur hypocritæ, sive pro occulta iniquitate, sive pro aperta simulatione: ex illo condemnantur, quia iniqui sunt, ex isto, quia ostendunt, quod non sunt. *Texier.*

THESIS V. *In iguem mittetur. spes vana.*
Matth. 7. v. 19. Plurima pars hominum
num

num nituntur vana spe acquirendi Cae-
 li: Nam I. Nullus Vult damnari. II.
 Nullus Credit se esse damnandum. III.
 Nullus Facit, quod faciendum est, ne
 damnetur. *Grosz in Diario Sanctor. 4*
Sept.

Mundus

Prophetar.

THESIS VI. *Attendite à falsis*
Prophetis. Matth. 7. v. 15. Quia
 profectò Mundus est, qui asseclas suos
 initiò blandè suscipit, & amplectitur,
 non sine spe remunerationis. Verum
 munera ejus sunt. I. Promissa. II.
 Excusationes. III. Contemptus. IV.
 Proditio. *Consilia Sapiëntiæ, seu Solom-*
nis gnome.



DOMINICA VIII. post PENTECOST

Eleemosi-
na.

THESIS I. *Scio, quid faciam. Luc.*
16. v. 4. Eleemosinam facient-
 tria, eaque magna, momenta detegit
 nobis Evangelium. I. Primum est,
 quòd ea satisfaciat pro peccatis, quæ
 commisimus. II. Alterum est, quòd ea
 sup